



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**Murenulæ Sacræ Vestis Sponsæ Regis Æterni  
Vermiculatæ Opus, De Privilegiis Ordinum Regularium**

**Alviset, Virginius**

**Campidonæ, 1673**

§. 3. De Clausula certæ scientiæ.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-62361](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-62361)

atur: Motu proprio. Et postea reformatur, cum clausula: concessum, ut petitur, vel simpliciter in forma communi. Tunc reformatio intelligitur facta similiter Motu proprio, quia relatio debet fieri ad primam concessionem. secundum quam ista posterior venit regulanda. Ita Rebuff. in Pra. Ben. tit. qua cont. bul. opp. poss. per l. asse- totio ff. de hered. inst. & l. ait. prator. ff. de re iud.

§. III.

De Clausula: ex certa scientia.

SUMMARIUM.

- 1. Ex certa scientia aliquid fit duobus modis.
- 2. Certa scientia non facile presumitur.
- 3. Conjectura certa scientie.
- 4. An probari possit per testes.
- 5. Effectus certa scientie.
- 6. Non aequivaler claus. plenit. potestatis.
- 7. An valider revocata a iure, vel consilio.

**D** Vobus modis potest intelligi aliquid fieri ex certa scientia. Primò quidè quando ita exprimitur in instrumento, & secundò, quando talia verba talesq; clausulae apponuntur in instrumeto, vel cum talibus circumstantiis expeditur, ut ex his quasi per necessariam consequentiam colligatur, hunc qui in tali instrumeto disposuit, certum omnino fuisse, & optimè instructum de omni negotio, de quo disposuit. Ita Panor. c. ad hac. & cap. nonnulli de reser. Felin. c. inter. de excep. Innoc. c. statutum. de reser. in 6. & Ja. l. si quis iniquum. ff. de iur. om. iud. Tales autem conjecturae inducentes praesumptionem certa scientie, sunt v. g. quando Princeps ait se disponere cum cognitione causa, ut vult Roman. conf. 327. (Nam hanc cognitionem esse necessariam ad hoc, ut clausula certa scientie

fortiatur suos effectus, docent Gloss. cap. 2. de schis. Joan. Andr. & Imol. eod. Innoc. cap. veniens. de fil. praes. & alii per cap. nihil. de elect. & l. 1. c. si serv. aut lib. ad decur.) Vel quando in confirmatione inferitur tenor rei confirmata. Panor. c. cum venerabilis de const. Vel quando super eadem re conficitur duplex rescriptum. Butr. cap. porrecta. eod. & cap. que in Ecclesiariu de const. vel quando Princeps facit actum super eo quod est juris. Alex. conf. 133. vol. 5. cap. 1. Unde quod Gloss. in cap. ex multiplici. de decim. & Clem. etsi principalis. de rescrip. ait scientiam non praesumi, intelligi debet de facili, & ex levibus indiciis, secus autem si adsint violenta, qualia sunt supra relata, & plura alia, per quam distinctionem ego illam concilio cum Doctoribus in superioribus citatis. An verò scientia probetur per testes negat Alex. conf. 11. l. 7. Quod ego intelligo de testibus posthumis, nam si adsint qui dicant, & probent se fuisse praesentes principi asserenti se ex certa scientia disponere, non video cur illis fides sit neganda, nisi forrè ex tenore scripturae, & aliis circumstantiis convincantur mentiri.

Effectus verò hujus clausulae sunt, quòd primò aequivaler clausula: Non obstantibus l. item Vlpianus. ff. de ex. tut. Et etiam clausulae. de plenitudine potestatis, secundum Gloss. & Panor. c. ad hac. de reser. Innocent. c. innovuit. de elect. Card. conf. 4. Roman. conf. 336. & 369. & Vital. de Camban. in tract. claus. Quamvis contrarium sit probabilius, & inferendum ex dictis, in praeced. §. Secundò: Quòd per illam censetur Princeps derogare nedum legi, sed etiam consuetudini. Casan. in cap. 5. conf. 24. Tertiò: Quòd censetur operatus, & gratiam contulisse ex causa, qua semper justa in illo reputatur. l. relegati. ff. de pen. Quartò: Quòd excludit errorem,



rem, ignorantiam deceptionem, & sic purgat vitium subreptionis, adeo ut nemo lit audiendus contra id, quod Princeps ait, se ex certa scientia fecisse. Bald. in *extrav. imperialis*. Quinto, Supplet defectum solemnitatum, non quidem essentialium, sed accidentalium. Rota decif. 234. in *novis. l. si quis. ff. de legat. 3.* Sexto facit reviviscere Privilegia antiquata, etiam per Bullam revocata, adeo ut non sit opus facere mentionem talis Bullae, aut illi derogare, quia hac clausula habet vim novae concessionis, & revalidandi invalida. Gloss. c. sicut grave, & c. veniens. de *transf. & c. quia diversitas. de conc. prab.* Rosell. v. *absolutio*. Portel. v. *privil. confr.* Sigif. à Bonon. in *tract. de elect. p. 2. p. 2. c. 4. dub. 76.* Junipar. in *d. ff. iur. pont. d. 2. q. 2. c. 3.* Mirand. in *man. to. quest. 45. art. primo*. Donat. *ret. regul. to. 1. tract. 1. 1. question. 3.* Bordon. in *cons. regul. to. 2. ref. 52* Marcellin. à Sancto Benedict. in *comp. privil. Ful. v. privilegia. in notab. & Chassaing. 7 p. 1. tract. 1. c. 2. prop. 4.* Fallit tamen secundum aliquos ipsorum, si privilegium foret revocatum per jus commune, vel per concilium generale. Quamvis alii velint etiam hoc casu clausulam operari.

## §. I V.

De Clausula: ex Plenitudine Potestatis.

## SUMMARIUM.

1. Plenitudo potestatis quibus tribuitur.
2. Eius effectus, & seqq.
6. De potestate Principis dubitare nefas.
7. Nemo potest ei dicere, cur ita facis.
8. In Principe semper praesumitur iusta causa.
9. Non potest contra Principem praescribi plenitudo potestatis.
10. Nec potest ille à se abdicare, aut exhaurire.

11. Privilegium concessum sub clausula plenitudo potestatis est superlativum.
12. Per hanc clausulam censetur Princeps dispensare.
13. Nihil potest opponi, ubi reperitur.
14. Tollit omnia contraria.
15. Purgat vitium subreptionis.
16. Nunquam praesumitur Princeps uti hac potestate.
17. Ea non potest uti indifferenter.
18. Peccat, & tenetur ad restitutionem, si ad arbitrium utitur.
19. Quomodo intelligendum, quod possit rem suam alicui tollere.

PLENITUDO potestatis adscribitur omni Principi non recognoscanti in suo statu superiore, & aliàs appellatur summum jus, seu absoluta, vel extraordinaria potestas, absoluta inquam, quia ab omni legum obligatione libera, & exempta, à nullo dependens, supra omnia iura, ad omne quod non sit intrinsecè malum se extendens, & omnia potens, etiam quadrata aquare rotundis, inquit Hofl. in *cap. novit & c. cum venissent. de iudic. & cap. quanto de transl. Panorm. cap. cum venissent. c. 1.* Gammar. *ca. licet de rev. permut. in 6.* Et Franc. *ead. in rubr. de testa.* Per hanc potestatem Princeps iura condit, interpretatur, & mutat, ut fusè tractant DD. *cap. que in Ecclesiis. de const. & fin. C. si cont. ius vel ut. pub.* Per hanc retractat, & mutat quod prius fecit. Felin. *cap. novit. c. 1.* & Bald. *l. 2. C. de servit. & aqua.* Per hanc aufert uni jus suum, & rem suam, & alteri donat. *l. item si verberatum. ff. de rei vend. l. quaris. ff. de nat. rest. Legitæ l. fin. C. si cont. ius vel ut. pub. & l. quoniam. eod. de prec. imp. off. Gloss. clem. sep. de verb. sign. §. nunc ostendendum.* Per hanc deum dispensat, & privilegia indulget. *capit. proposuit. de conc. prab.* Et adeo Religiosè offertur Principibus Supremis hac potestas, ut com-